VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



xxiij domui ei. Transierunt ergo tres anni absq; bello
inter syriam et israel. In anno autem tertio ascendit
iosaphat rex iuda ad regem israel. Dixerat rex israel
ad seruos suos. Ignoratisne quod nostra sit ramoth
galaath. et negligimus tollere eam de manu re-
gis syrie. Et ait ad iosaphat. Venisne mecum
ad pugnandum in ramoth galaath. Dixitque
iosaphat ad regem israel. Sicut ego sum. et tu.
Populus meus populus tuus. equites mei
equites tui. Dixitque iosaphat ad regem israel.
Quaere oro te hodie sermonem domini. Congregauit ergo
rex israel prophetas quadringentos circiter uiros.
et ait ad eos. Ire debeo in ramoth galaath ad
bellandum an quiescam. Qui responderunt. Ascen-
de. et dabit eam dominus in manu tua. Dixitque
iosaphat. Nonne hic propheta domini quispiam. ut interro-
gemus per eum. Et ait rex israel ad iosaphat.
Remansit uir unus per quem possumus interrogare
dominum. Ego odi eum quia non prophetat mihi bonum
sed malum. micheas filius iemla. Cui iosaphat
ait. Ne loquaris tale rex. Vocauit ergo rex israel eu-
nuchum quendam. et dixit ei. festina adducere
micheam filium iemla. Rex autem israel et iosa-
phat rex iuda sedebant unusquisque in solio suo.
uestiti cultu regio in area iuxta ostium por-
te samarie. et uniuersi prophete prophetabant
in conspectu eorum. fecerat quoque sedechias filius cha-
naan cornua ferrea. et ait. Haec dicit dominus.
Hisuentilabis syriam donec deleas eam. omnesque
prophete similiter prophetabant dicentes. Ascende
in ramoth galaath. et uade prosperre. et tra-
det eam dominus in manu regis. Nuntius autem qui ierat
ut uocaret micheam locutus est ei dicens.
Ecce sermones prophetarum uno ore bona re-
gi predicant. Sint ergo sermones tui similes eorum.
et loquere bona. Cui micheas ait. Viuit
dominus. quia quod ceperit dominus hoc loquar.
Venit itaque ad regem. Et ait illi rex. Micha-
ie debeamne in ramoth galaath ad pugnan-
dum an quiescam. Cui ille respondit. Ascen-
de. et uade prosperre. et tradet dominus in manu
regis. Dixitque rex ad eum usque quo te adiuro
per nomen domini. Et ait ille. Vidi cunctum
israel dispersum in montibus sicut oues non habentes pas-
torem. Et ait dominus. Non habent dominum isti. Reuertat
unusquisque in domum suam in pace. Dixit ergo rex israel ad io-
saphat. Nunquid non dixit. quia non prophetat mihi bonum
sed semper malum. Ille uero addens ait. Propter hoc audi ser-
monem domini. Vidi dominum sedentem super solium suum. et omnem
exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et
ait dominus. Quis decipiet ahab regem israel ut ascendat
et cadat in ramoth galaath. Et dixerunt uba hoc et illud.
et alius aliter. Egressus autem spiritus. et stetit coram domino et
ait. Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus. In quo. Et
ille ait. Egrediar. et ero spiritus mendax in ore omnium
prophetarum eius. Et dixit dominus. Decipies et preualebis. Egredere.
et fac ita. Nunc ergo ecce dedit dominus spiritum mendacii in
ore omnium prophetarum tuorum. et hic est. et dominus locutus
est contra te malum. Accessit autem sedechias filius cha
naan. et percussit micheam in maxillam. et dixit.
Mene egredimisit spiritus domini. et locutus est. Et ait micheas.
Videbis in die illa. quando ingrediris cubiculum in
cubiculum. ut abscondaris. Et ait rex israel. Tollite
micheam. et mittite ad amon principem ciuitatis.
et ad ioas filium amalech. et dicite eis. Haec dicit
rex. Mittite uirum istum in carcere. et sustentate
eum pane tribulationis. et aqua angustie. donec
reuertar in pace. Dixitque micheas. Si reuertens reuertar
in pace. non locutus est in me. Et ait. Audite populi
omnes. Ascendit itaque rex israel et iosaphat rex
iuda in ramoth galaath. Dixitque rex israel ad iosa-
phat. Sume arma et ingredere prelium. et indu-
ere uestibus tuis. Porro rex israel mutauit habitum.
et ingressus est bellum. Rex autem syrie precepit principi-
bus curruum xxxii duobus dicens. Nolite pugnabitis
cum minore et maiore quiquam. nisi contra regem
israel solum. Cum uidissent principes curruum iosa-
phat. existimauerunt quod ipse esset rex israel. et impetu
facto pugnabant contra eum. Et exclamauit
iosaphat. Intellexerunt quod principes curruum quod
non esset rex israel. et cessauerunt abeo. Quidam autem te-
nuit arcum in incertum sagittam dirigens. et ca-
su percussit regem israel in pulmonem. et stomachum.
At ille dixit auriga suo. Verte manum tuam. et eice
me de exercitu. quia graui uulnere uulneratus sum. Con-
missum est prelium in die illa. et rex israel stabat in
curru suo contra syros. et mortuus est uespere. Fluc